Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



240

tum est iudicium et contiuetio po
tentior. Propter hoc lacerata est lex.
et non peruenit usque ad finem iudicium.
quia impiorum praualet aduersus iustum.
Propterea egredietur iudicium prosum. H.
Aspicite in gentibus et uidete et .ii.
admiramini et obstupescite. quia
opus factum est in diebus uestris quod nemo
crederet cum enarrabitur. quia ecce sus
citabo chaldeos. gentem amaram
et uelocem. ambulantem super latitudi
nem terre ut possideat tabernacu
la non sua. Horribilis et terribilis est.
ex semetipsa iudicium et onus eius
egredietur. Leuiores pardis equi ei.
quites namque ei de longe uenient.
uolabunt quasi aquila festinans
ad comedendum. H. .iii. Omnis
ad predam uenient. facies eorum uent
urens. et congregabit quasi arenam
captiuitatem. et ipse de regibus tri
umphabit et tyrannis ridiculi erunt
et ipse super omnem munitionem
ridebit. et comportabit aggerem.
et capiet eam. Tunc mutabitur spiritus.
et prouisibit et corruet. Hec est for
titudo eius dei sui. Numquid non tu a
principio domine deus meus sancte meus. et non
morietur. Domine iudicium po
suisti eum. et fortem ut corriperes fun
dasti eum. Mundi sunt oculi tui ne
uideas malum. et respicere ad iniq
uitatem non poteris. T. FRA. iii.

Incip Sophonias Ppha.
Verbum quod factum
est ad Sophoniam filium
Chusi filii Godolie filii
Amasie filii Ezechie. in diebus Iosie
filii Ammon regis iude. Congregans
egregabo omnia a facie terre dicit dnus.
congregans hominem et pecus. con
gregans uolatile celi et pisces maris.
et ruine impiorum erunt. et disperdam
hominem a facie terre dicit dnus. Conu.
.ii. Et extendam manum meam super iu
dam. et super omnes habitatores ierusalem.
et disperdam de loco hoc reliquias
baal. et nomina edituorum cum sacer
dotibus. et eos qui adorant super tecta
militiam celi. et adorant et iurant
in domino. et iurant in melchom. et qui
auertuntur de postergum domini. et non
quesierunt dominum. nec inuestigauer
unt eum. Silete a facie domini dei.
quia iuxta est dies domini. quia preparauit
dnus hostiam. sanctificauit uocatos suos. H.
Et erit in die hostie domini .iii.
uisitabo super principes. et super filios
regis. et super omnes induti sunt ues
te peregrina. et uisitabo super omnem
qui arrogant ingredi super limen
in die illa. qui complent domum dni
dei sui. iniquitate et dolo. Et erit
in die illa dicit dnus uox clamoris
a porta piscium. et ululatus a secun
do. et contritio magna a collibus.